UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Statuta prouincialia et synodalia ecclesie Colonie[n]sis (Köln)

Colonie, 29. IX. 1492

Jte[m] de clericis symoniacis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30901

Visual Library

cani eccleſiarũ excõicationis ſentẽtiam
ipas ad receſſũ cõpellãt Ipiq; nihilomi
nꝰ decaĩ eas ad ſuos plebanos deſtinẽt
recepturas ab eis vel alijs boni cõſilij
quo ad remedia aiarũ iuris penitẽtiam
ſalutarẽ. Quia vero ſupdicti cohabita/
tores clerici. pĩmonium iheſu chriſti. in
vſus malos cũ ſuis peccando focarijs
expenderũt eos ꝓinde teneri ad ſatiſfa/
ciendum eccleſie cuius bonis taliter in
ſuis cõcupiſcentijs et peccati illecebris
ſunt abuſi. decernimus. ⁊ ſatiſfactionis
iſtius modũ nobis reſeruamus. ſm ca/
nonicas ſanctiones. Et ꝙ ijdem clerici
ſicut de multis corũ cõperimus. ita hu
ius peccati ꝑnicioſa nimis aſſuetudine
excecati. in eo ꝑſiſtere. vſq; ad vite etiã
fine nouiſſima nõ verent. in tantũ. ꝙ in
extremis agẽtes. ſiquid de bonis eccle/
ſiaſticis habuerint. ea pueris ſuis legãt
et deputãt. nõ contenti ꝙ inde in vita
ſua aluerãt. ⁊ ſic fraudãt eccleſias. iheſu
chriſti patrimonio. ſe q; metipos culpe
magis illaqueant corã deo talẽ abuſio/
nẽ dãnabilez deteſtãdo dãnamus. ⁊ fie/
ri de cetero diſtrictiſſime prohibemus.
¶ Itẽ et ipi clerici. q̃ malã vtiq; vitam
in huiꝰ habitatiõis crimine ſunt agẽtes
et mala ſaltẽ ſibi fama corã hoibus ⁊ to/
to clero de im ꝑperioſa nimia detractio
ne precaueant. ipis ſub diſtrictione fir/
miſſima ꝓhibemꝰ. vt nuptijs filiorũ ſuo
rũ et filiarũ ꝑſonaliter nõ interſint Et
in his nuptijs quãtũ vnq; ꝑt vitet põ
pa et ſolennitas nuptialis.

De manifeſta clericoꝝ negociatiõe.

Cum negociatio in clẽico ⁊ vſu
ra in laico q̃ſi eſſe vnius gene/
ris cenſeantur / ita precipimꝰ. ꝙ
ceſſent de cetero a tali peccati malicia ⁊
in penã cõmiſſi exceſſus intrẽt canoni/
calis carcerem diſcipline. ſm ꝙ ſuperi/
us eſt expreſſuz. Quia vero iſti turpis
auaricie ſectatores. non deo ſed mãmo/
ne lucrificare elegerunt ⁊ malis inhy/
ando lucris. chriſti ſimiliter pĩmonio ⁊
bonis eccleſiaſticis ſunt vſi illicite ⁊ in
digne. eos proinde teneri ad ſatiſfacien
dum eccleſie in cuius non fideliter ſed
potius fraudulenter. negociati ſunt bo
nis. decernimus. et ſatiſfactionis iſtius
modum ſm ſanctionem canonicam no/
bis reſeruamus.

De inſufficientia que eſt illitteratu/ra clericoruz.

Item de clericis in inſufficien/
tia que eſt illitteratura notatis
Cum enĩ de omnibus ſcientiaz
eminentem non requiramus ſed ꝙ ſci/
ant legere et cãtare ad diuini officij mi/
niſterium cõpetenter. Ita precipimus.
ꝙ qui ꝑ ſe non poſſunt facere in choro
cantandi debitũ et legendi. faciant ꝑ a/
liam ꝑſonaz idoneam. ſm ꝙ inde deca/
ni ſui diſcretio duxerit prouidendum

De tonſura clericorum.

Item de clericis non clericalez
tonſuram habẽtibus et veſtes
habentibus clericũ nõ decen/
tes Indecentia nanq; veſtium in colo/
re vel pompa nodoruz vel aptura ve/
ſtium a latere. aut nimia breuitate nota
tur. De his q; de illis. diſtricte precipi/
mus. vt tonſuram come que clericalis
ſit. et ſuas coronas habeant competen/
tes. et eas radere non omittant. quod
tamen inuenimus aliquos omittere q̃d
maxime deteſtamur. duz tales et taliter
ſe gerentes. priuilegio clericali gaude/
re contendant. et ſignum illius priuile/
gij aſpnentur. ſub eadem diſtrictione.
veſtium indecentium pompam et vſuz
firmiſſime inhibemus.

De clericis ſymoniacis.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Tez de clericis ſymoniacis.ita
precipimus.ꝙ ante omnia ea di
mittant bn̄ficia.que adepta per
ſymoniā extiterint.nec ea in dānationez
ſuarū teneant aīarū.et poſtmodū cū ma/
turo cōſilio qualiter ipoꝝ ſtatui ꝯſulat
ordinabimus ſm canonicas ſanctiones

De clericis irregularibus

Tē de clericis irregularib⁹ ita
precipimus ꝙ a ſui officij exe/
cutione ſe cōtineat donec circa
eos fuerit ordinatū ſm ſanctiones ca/
nonicas.quid fuerit ordinandū.

De dormitorijs.de lectura tabule ca/
pitularis.de lunationibus ꝛc.

Onſequēter.qꝛ in ipa viſitatio/
ne cōperim⁹.circa diuinū offici/
uz.ſiue miniſteriū.atqꝫ chori de
bitū.negligentias et omiſſiones debiti
factas hucuſqꝫ fuiſſe et fieri.plus ꝙ̄ dei
honori ꝛ ſaluti ipoꝝ expediat miniſtro
ruz.que qdē negligentie cauſantur ex/
inde potiſſime.ꝙ ſunt quedā eccleſie ca
nonicorū carentes dormitorijs.quedā
habentes dormitoria ſed eorū canonici
dormire in his lōgo tpe ſpatio diſſue/
uerūt.¶ Itē quia in quibuſdā eccleſijs
eſt compertuz.raro vel nūqꝫ p āni totius
ſpatiū lectiones et cantū diuini officij
in capitulari tabula breuiari. ¶ Itē ra
ro vel nūqꝫ in capitulo ipo legi lunatio
nes menſiū.aut kalendas.ſeu obitus fi
deliū.quorū cōmēdationē.aut memoriā
agere vnuſquiſqꝫ de elemoſynaꝝ viuēs
ſuſtentatione tenetur. Super his oī/
bus qualiter reformentꝰ.et reformata in
robore ſuo ꝑmaneāt et vigore ſicut pri
mitus erāt inſtituta.ita precipimus.ꝙ
eccleſie canonicorū carētes dormitorijs
ea deinceps habeāt.de cōmuni eccleſie
ere ſeu pecunia.ea conſtruendo.et cano
nici qui habētes dormitoria dormire in
his aliquandiu diſſueuerāt.in his dor/
miant.prout hoc conſuetum fuit anti/
quitus.His dūtaxat exceptis.quos in/
firmitas ſeu debilitas aut alia cauſa le/
gitime neceſſitatis excuſat.Cum alias
caſſa et vana fuiſſet ipoꝝ dormitoriorū
ſtructura.ſi nō in ipis modo et more de
bito.maxime cauſa matutinalis officij
dormiretur.¶ Item precipimus vt cuz
quedam canonicorum collegia in con/
ſuetudinē duxerint nullis diebus can/
tare vigilias pro defunctis.niſi quando
diſtributio denarioꝝ in choro preſen/
tibus exhibetur.et ſic euaneſcat illoꝝ
memoria.q̄ etſi ad diſtributiōes huiuſ/
modi quicqꝫ nō dederint vel legauerit
eccleſijs.ad communem tamen admini/
ſtrationem corpis prebendalis predia
et poſſeſſiones pie et munifice ſunt lar/
giti.Super hoc ita ſtatuimus.vt non
ſolum illis ferijs que ſunt diſtributio/
nibus huiuſmodi deputate.verum et
alijs diebus omnibus.preterquā in fe/
ſtiuitatibus.ſm conſuetudinem maioꝛ.
eccleſie vigilie cuz officio pro defunctis
in choro ſolenniter decantentur.et poſt
huiuſmodi decantationem officij.Deca
nus et fratres ingrediantur domum ca
pituli.ante omnem tractatum diſcipli/
ne vel etiam prebende aut cuiuſcunqꝫ
alterius negocij.tabule capitularis le/
cturam habentis diſtincte inſpecta.qd
vnicuiqꝫ ſit cantandum vel legendum
in choro audiant diligenter.ac inſuper
lunationes menſium.ac kalēdaꝝ et ob/
itus legantur.Necnon aliqua lectio
de regula et vita clericorum legatur.
Et tūc imediate de diſciplina fiat quod
fuerit faciendum.ac alia conſequenter
poſt ipaz diſciplinam tractentur nego/
cia que ad vtilitatem ſeu neceſſitatem
fuerint ſpectantia publicam ſeu ꝑuataz